









1697.

- 1.<sup>a</sup> Albinus, Bernhardus : De abortu.
2. Albinus, Bernhardus : De partu naturali.
3. Coccejus, Henricus : De iure belli in amicos.
4. Danckelmann, Philippi Sylvester : Philippi Sylvesteri et Wilhelmi Henrici fratris Danckelmannis, vellis de bello in amicos, huius de Imperio in pares disponitivi, inde Frankfurtum simul discendentibus gratulatus academia Viadrina.
- 5.<sup>a</sup> Coccejus, Henricus : De imperio in pares.  
2 Exempl. 1697 & 1715.
- 6.<sup>a</sup> Coccejus, Henricus : De proportione justi ac insipientis, rupto laqueo. 2 Exempl 1697 & 1715.
- 7.<sup>a</sup> Coccejus, Henricus : Desiderio, 13 P. comm. nro. 1st.  
2 Exempl.



8. Ring, Thom. Hipp.: *De paena sine culpa.*
- 9<sup>o</sup> Schultze, Petrus: *De eo, quod iustum est circa parochianos*
10. Thiele, Ioh. Petrus: *De cibatione iuris incompetenter*
11. Willenberg, Samuel Fredericus: *De passionibus animi et iudiciorum*
12. Willenberg, Samuel Fredericus: *De scientia dicti promissae*
13. Willenberg, Samuel Fredericus: *De concursu cedentis et cessionario rum.*





8. ~~Wittberg~~ Wittberg - 16 pairs and 10 spars.
- 9<sup>th</sup> ~~Wittberg~~ Wittberg - 16 pairs and 10 spars.  
chairs
10. ~~Wittberg~~ Wittberg - 16 chairs, 10 spars.
11. ~~Wittberg~~ Wittberg - 16 pairs and 10  
spars.
12. ~~Wittberg~~ Wittberg - 16 pairs and 10 spars.
13. ~~Wittberg~~ Wittberg - 16 pairs and 10 spars.  
chairs



DISPUTATIO JURIDICA,  
*de*  
**REMEDIÓ**

L. 2. C. Comm. utr. jud.

Qvam  
Auspice DEO T. O. M.  
PRÆSIDE

**DN. HENRICO COCCEJO,**  
JCTO CELEBERRIMO,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS BRAN-  
DENBURGICI CONSILIARIO, FACULTATIS JURIDICÆ  
ORDINARIO, & PROF. PRIMARIO,

h. t.  
RECTORE MAGNIFICO,

Antea  
SUMMI CONSILII STATUS ELECTORALIS PALATINI,  
ET COLLEGII REVISORII ASSESSORE, ET IN ALMA  
HEIDELBERGENSI DECRETAL PANDECT. & JURIS  
GENT. P. P. ORDIN. MERITISSIMO,

**DN. PATRONO AC PROMOTORE STUDIORUM SUORUM**  
*SUBMISSE COLENDO,*

Ad D. XXI. August. An. M DC XCVII.

*IN AUDITORIO JURIDICO*  
Placido eruditorum Examini sifit.

**GEORG. HENRICUS Krause /**  
Cüstrin. March.

*Francofurti ad Viadrum, Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.*



DISTRIBUTIO LIBRIMICAE  
REMIENDI

A. & C. GOMBERG ET FILII

AMSTERDAMI: EX OFFICINA G. W.

BRASSAII.

D. HENRICI GOOCHEI.

LETO CELEBERRIMO.

SILENTIUM AGITATIONIS IN TOTIORIBUS HUMANIS

PRINCIPALI CONSPIRACTIONIBUS TACITUS. TERRA LUNA

ORGANICO A ROTATISSIMO.

PHYSICIUS MADMUNDO.

SCALI CONSILIUS STYLUS PHYSICORUM ET PRACTICORUM

ET SCVLPI CONSERVATORIE SCVLPI ET ALIA

HISTORIÆ ET DICTI ET LEXICON ET ALIA

NATURALIA ET MEDICINA ET THERAPIA ET MORUM

ET ALIA. ET ALIA. ET ALIA.

GEORG. HENRICIUS SARTORIUS

PARADISO AVIATORIÆ ET CETERA CHRISETIANÆ PELLITER.





## PRÆFATIO.

### SUMMARIA.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <i>An &amp; quat. Juris Veteris</i> | utr. jud. aliter refertur in            |
| <i>explicatio utilis aut ne-</i>       | <i>Codice Gregoriano, unde de-</i>      |
| <i>cesaria.</i>                        | <i>sumta est.</i>                       |
| 2. <i>Qvæ constitutiones maximè</i>    | 4. <i>Disensiones Dd. de diffe-</i>     |
| <i>in foro. celebrentur.</i>           | <i>rentiis d. l.3. &amp; l.2. C. de</i> |
| 3. <i>Constitutio l.3. C. comm.</i>    | <i>Resc. vend.</i>                      |

**B**ota eqvidem Jurisprudentia verè practica, nec nisi ad usum decidendi causas privatas publicasq; tractatione referēda est; Veteris verò juris usus qvidem aliquis est, & qvandoq; insignis; tūm ad illustrandum Jus novum, qvod non aliunde luculentius percipitur, qvā ab origine sua & illa mutationum serie, qvā ad novi constitutionem perventum est: tūm, ut fines novi juris rite constituantur, qvod cūm strictissimi juris sit, durat veteris juris autoritas, qvatenus illud mutatum non apparet: *per vulg.* tūm denique, qvia, parte licet juris abrogatā, ex ratione tamen, qvā illud secum & cum reliquo jure cohæret, qvæ verissimè anima juris est, sāpe maximi momenti dubia decidi, indeqve argumenta defūmi possunt. Unde Justinianus, eti testetur *in proæm. §.3.* *Nihil inutile, nihil perperam possum;* sed qvod in ipsiis rerum obtinet argumentis; mox tamen §.5 ait: *breviter qvogꝝ expositum*

A

*expositum*



\* (2.) \*

positum esse & qvod ante obtinebat; qvod & factum in  
tit. de Atil. tut. & tit. de exher. lib. &c. scil. ut appare-  
ret, qvo ordine ad novum jus perventum esset.

2. At omnium maximè in foro celebrantur con-  
stitutiones illæ, qvibus jus aliquod specialiter defin-  
it, certumq; beneficium vel remedium tribuitur:uti  
beneficia l. 24. C. de evict. l. 28. ff. de fidejus. l. 30. C. de inoff te-  
stam. L. diffamari C. de ingenuis manumiis. auth. Si qva dos.  
Auth. Si qva mulier. C. de SCt. Vellejan. Auth. Hoc nif. C. de  
Solut. Auth. Sacramenta. C. si adv. vendit. aliaque qvam  
plurima. Qvò in primis etiam pertinent remedia  
l. 2. C. de rescind. vend. & l. 3. C. Comm. utrinsg. Jud. qvi-  
bus de negotiis contractis ob læsionem reformandis  
agitur.

3. Horum postremum, scil. d. l. 3. qvo de læsio-  
ne ex rerum omnium divisionibus orta agitur, ita se  
habet: Majoribus etiam, per fraudem vel dolum  
vel perperam sine judicio factis divisioni-  
bus, solet subveniri: qvia in bonæ fidei judi-  
ciis, qvod in æqualiter factum esse constiterit  
in melius reformabitur. Qvæ constitutio desum-  
ta est ex Codice Gregoriano, lib. 3. sub tit. Fam. ercisc.  
& Comm. div. ejusque verba referuntur in Consulta-  
tione Veteris cuiusdam JCTi, qvæ extat apud Cujac.  
Operum, qva vivus edidit, Tom. 1. lib. Consultat. in ejus  
princip. Sed haut parum immutata, multoq; correcti-  
or ac planior retetur in d. l. 3. De cuius sensu, &  
qvibus rebus differat à remedio l. 2. C. de rescind. vend.  
mirificè inter se disceptant Dd.

4. Alii qvippe contendunt, neutrum, & nec d.  
l. 2. obtainere contra sententiam judicis. Alii, neu-  
trum,



\*<sup>(3.)</sup>\*

trum, & nec d.l.3. locum habere, nisi in læsione e-normi. Alii per utrumq; etiam per d.l.3. negotium totum ex qvalibet læsione rescindi &c. Qvæ omnia cùm alii rejiciant, nec tenori d.l.3. convenire existiment, paucis id agemus, ut & de genuino d.l.3. sen-su, & de utriusq; remedii differentiis constet.

## SECTIO I.

*An d.l.2. non magis qvām d.l.3. contra sen-tentiam judicialem obtineat, nec ea reme-dia hactenus inter se differant?*

### SUMMARIA.

1. D.l.3. non pertinet ad di-visiones judiciales; & me-ritò.
2. An ad dīvisiones, qva inter-veniente Arbitro facta?  
Neg.
3. An l.2. C. de resc. vend. obtineat contra dīvisiones à Judice factas? Sententia negantium.
4. Sententia aserentium.
5. Hac probatur usq; ad §. 12.
6. Restitutionem ex enormis fione jam jure ff. obtinuisse, & origine pertinere ad edictum, Ex qvib. caus. maj. offendit.
7. In d.l.2. definitum tantum fuit, qvodnam sit enorme damnum.
8. 9. 10. 11. Ulterior probatio.
12. De usu fori.
13. 14. 15. Resolutiones dubiorū.
16. Conclusio.

### §. I.

**D**E remedio d.l.3. C. Comm. utr. jud. convenit in-ter omnes, non obtainere illud contra senten-tiam judicis, sive ex d.l.3. non retrāctari ne-gotium, si qvis sententiā judicis læsum se asferat; id enim docent verba d.l.3. Sine judicio factis divisionibus solet subveniri. Neq; verò æquum est vel expedit rei-



\* (4.) \*

publ. propter quamlibet laesionem, quam pars allegat, sententias judicum, qvibus qvæstio jam decisa est, periclitari, litesqve adeò in infinitum prope instaurari.

§. 2. Idemq; omnino statuimus, si autoritate arbitri lis ac divisio peracta fuerit, tum qvia & arbitrium est aliquod judicium, l. 1. ff. de recept. arbitr. tum per l. fin. ff. famili. ercisc. adeò ut ne opus quidem sit sententiā si arbiter ex utriusq; partis consensu rem terminavit. d. l. fin. nam, ut judici, ita arbitro permisum est, Die Güte zu versuchen / &, si lis tum auctore judice vel arbitro, tum partium consensu composta est, tantudem, qvin plus id valebit, quam arbitri sententia in invitum lata: l. 27. §. 2. ff. de recept. arb. arg. l. 2. de jurejur. jundt. l. 6. C. de transaction. qvæ vero corrigi non potest ex d. L. 2. seu ob quamlibet iniqvitatem, per text. expr. in d. l. 27. §. 2. sed tantum, uti & sententia judicis, vid. thes. seq. ob enormem laesionem. arg. l. 29. l. 80. pro soc. diss. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. Disp. 19. th. 12. lit. C. in fin.

§. 3. Sed de remedio d. l. 2 C. de rescind. vend. an & contra sententiam judicis detur, seu an ob laesionem saltem enormem sententia judicis rescindi possit? acerrimus est DD. conflictus. Cöppen Decif. 58. n. 20. adductis in utramq; partē autoritatibꝫ addit: qvod veritas juris super eō haut leviter fluctuet. Et Carpzovius quoqve in casu manifestæ laesionis enormis de eo se dubitare fatetur Jurispr. for. P. 2. Conſt. 34. def. 4. num. 8. qui tamen dict. Conſt. 34. def. 11. in fin. & Part. 3. Conſt. 15. defin. 20. in partes simpliciter negantium concedere videtur, qvorum sententiam alii quoqve quam plurimi sequuntur, & communem esse contendunt ap.

Cöppen.



\* (5.) \*

Cöppen. d. Decis. 58. n. 20. add. Boicer. cl. 3. Disp. 18. n. 52.  
Hahn. ad Wesenb. ff. fam. ercisc. in fin.

§. 4. Alii vero asserunt, divisionem et si judicis sententiā munitam rescindi posse ex d. l. 2. de rescind. vendit. si scil. pars enormiter laesa sit, quam tuentur & magis communem dicunt Cöppen. d. Dec. 58. n. 20. & DD. ibi allegati. Pinell. ad L. 2. p. 2. c. 2. n. 1. C. de rescind. vend. Fachin. lib. 2. controv. 20. vers. altera est controversia. Wesemb. ff. fam. ercisc. n. 8. vers. quare etiam si. Rennem. Jurispr. German. membr. 3. Disput. 32. th. 13. lit. d. Struv. Syntag. Jur. Civil. Exerc. 13. th. 16. (de eo enim casu, quem ille excipit, scil. manifeste vel satis probata lesionis enormis, unicè queritur.) Bronchorst. Enantioph. cent. 2. assert. 12. Scotan. Disp. Jur. 28. th. 24. & Disp. 37. th. 11.

§. 5. Posteriorem hanc sententiam ut appareat certissimam esse, observandum in primis est, restitutio-  
nem ex causa enormis lesionis non esse introduc-  
tam primum per l. 2. C. de rescind. vendit. Sed jam  
antea & jure quoque Digestorum obtinuisse, compre-  
hendi quod sub edicto restitutionis majorum, in l. 1. ff. ex  
quib. caus. major. & quidem sub clausula illa generali,  
si qua justa causa mihi fuerit &c. | d. l. 1. §. 4. l. 26. §. fin. cod.  
cum enim vi hujus clausulae permisum sit judici, ubi-  
cunque aequaliter videtur, in integrum restituere, d.  
l. 26. §. fin. in pr. negari neutriquam potest, in primis aequum quoque esse, ut enormia damna reparantur. l. 6. §.  
fin. ff. de jur. dot. l. 79. ff. pro soc.

§. 6. Quidnam autem esset enorme damnum, tunc definitum non fuit, sed arbitrio judicis id quoque permisum: definitur vero hoc demum in d. l. 2. in fin. & restringitur ad lesionem ultra duplum; id que certissimam hac ratione constat, quod d. l. 2. agat



\* (6.) \*

de negotio ante contracto, scil. de venditione jam antē factā: verb. *Si tu vel pater tuus distraxerit; qvæ proinde, si semel ita valuerit ut tempore contractus nullum contra eam remedium juris fuerit, non potuisse ex post facto eam Imperator per d.l.z. tollere: expediti enim juris est, tum, qvod jus semel ex causa valida qvæsitum nec Princeps auferre posse: tum, qvod ex eādem naturali ratione leges in futurum, non in præteritum obligent, & ad negotia futura, non ad præterita referantur.* l. 7. C. de Legib. Neqve ab hac naturali regulâ alia datur exceptio, qvam in legibus merè declaratoriis ac negotiis adhuc pendentibus; d.l.7. Nov. 143. in fin. Clement. un. de probat. in his enim cū nondum jus parti qvæsitum sit, sed pendeat à futurâ decisione seu declaratione, hæc, ubi seqvitur, ad ista qvoqve negotia absque ullâ injuriâ referri potest. Atqve ita d. l. z. id quidem, qvod ab arbitrio judicis adhuc pependit & declarandum fuit, scil. qvænam esset enormis læsio, perpetuâ lege declarare ac definire potuit; ipsam autem venditionem jam perfectam, si tum jure valida fuisset, novo jure tollere non potuit.

§. 7. Atqve ita passim occurunt vestigia juris veteris, qvibus ante d. l. z. qvoqve succursum fuit in precio læsis: uti in l. 79. 80. ff. pro socio. ubi corrigitur nimia læsio, qvæ per arbitrum definiendis societatis partibus illata fuerat; nihil autem interest, an ipsi socii partes per se definiant, an per alium. arg. l. fin. C. de Contr. emt. Ita læsis in precio actiones jam olim competisse apparet ex l. z. ff. Depos. l. 12. §. 1. ff. fam. ercif. &c.

§. 8. Hoc posito esse speciem restitutionis in integrum

\* (7) \*

tegrum, ultrò seqvitur, eam contra sententiam quoque dari; cùm certum sit, ex iis causis, ex quibus restitutio in integrum edicto prætoris competit, eam contra sententiam judicis quoque dari; ita rescinditur judicis factum vel decretum ex capite metus; l.3. §. 1. ff. qvod met. cauf. dol; e. g. si sordibus corruptus sententiam dixit, qvo in primis casu & aliæ poenæ statutæ sunt; tot. tit. C. depœn. jud. mal. jud. extatis. &c. tot. tit. C. si adv. rem judic. & ita ex capite majorū ob absentiam aliamve justam causam: per text. expr. in l.1. C. qvib. ex cauf. maj. sub cuius capitil generali causam d.l.2. comprehēsam esse demonstratū est sup. th. 5. & 6. Idque adeò verum est, ut restitutio in integrum quoque sit remedium suspensivum contra sententiam, qvod ipsam ejus executionem quoque suspendit. l.un. C. in integr. rest. postul.

§. 9. Qvin, et si d.l.2. ad clausulam generalem edicti Prætorii non pertinerer, sed totum hoc remedium ab Impp. ipsis introductum esset, non tamen minus, imo magis contra sententiam dabitur; cùm Constitutio Principis potentior sit edictis Prætorum.

§. 10. Accedit, qvōd, ut remedium de dolo malo, ita & de enormi læsione ex d.l.2. competat contra sententiam arbitri. l.32. §. 14. ff. de recept. arbitri. multo magis igitur contra sententiam judicis: cum constet longè facilius sententiam judicis, quam arbitri ob iniqvitateim impugnari posse, per text. expr. int. 27. §. 2. ff. de recept. arbitri. cùm accedat ad arbitrium consensus partium. d. §. 2.

§. 11. Adde porrò, qvōd remedium d.l.2. detur contra venditiones decreto judicis munitas, prout communis & recepta est DD. sententia. Gomez.  
Resolut.

RUBENS  
ALEXANDER



\* (8.) \*

*Resolut. tom. 2. cap. 2. n. 23. in fin. Ant. Fab. C. lib. 4. tit. 30.  
def. 25. Carpzov. Jurisp. for. P. 2. Const. 34. def. 13. Christin.  
Vol. 3. Decis. 67. n. 9. Sand. lib. 3. tit. 4. def. 12. vers. Alterum  
dubium. (ubi id usū forensi prævaluuisse docet) Tren-  
tacinq. lib. 3. tit. de emt. vend. res. 3. n. 6. Conf. Rebuff.  
de rescis. contract. art. un. gloss. 15. n. 40. & Ant. Gabriel.  
lib. 3. tit. de emt. & vendit. Concl. 1. n. 58. 59. 60. Ergò con-  
tra sententiam judicis qvoq; datur.*

§. 12. Atq; id freqventiore calculo receptum esse  
in casu, ubi enormis læsio manifesta & plenisimè pro-  
bata est (qvod omnino qvoq; propter urgentem præ-  
sumptionem pro judice supponimus,) ex autoritati-  
bus, qvæ allegatæ sunt *supr. §. 3.* eo magis colligi-  
tur, qvia & dissentientes urgent in primis præsum-  
ptionem pro sententiâ: adeoq; de casu manifestæ læ-  
sionis non sunt intelligendi. Cöppen. *d. Dec. 58. n. 21.*

§. 13. Neqve huic sententiæ adversantur textus  
in *l. 2. C. sent. resc. non poss. l. 4. C. de re jud.* nam neuter  
agit de causâ justâ & validâ restitutionis in integrum,  
qvalis est enormis læsio; sed *d. l. 2. de eo, qvi exce-  
ptionem pendente lite omissam post sententiam alle-  
gat: d. l. 4. verò de eo, qvi post sententiam instrumenta  
noviter reperta producit.* Neutrū fieri potest: qvia  
& exceptiones opponendæ, & probationes (sive per  
testes, sive per instrumenta,) peragendæ sunt ante  
sententiam & pendente lite. Non igitur hīc ulla re-  
stitutionis contra sententiam concedendæ, litisq; fi-  
nitæ iterum movendæ justa causa est.

§. 14. Magis obstare videtur. *l. 2. C. quando prov.  
nec. ubi minor per sententiam judicis dictus est ma-  
jor & tamen restitui contra sententiam non potest.  
Sed hoc ideo, qvia jam habetur pro majore & res ju-  
dicata*

\* 9. \*

dicata pro veritate. Neque igitur ut minor resti-  
tutionem petere potest, ex capite ætatis, qvia promi-  
nore non habetur, sed pro majore: neque ut major,  
qvia talis restitutionis causa justa non est. Eadem  
ratione nec l. 36. ff. fam. ercisc. qvicquam movet, ubi,  
qui indebitum solvere condemnatus est, post rem ju-  
dicatam id repetere non potest. Nam & hoc ideo,  
qvia res judicata pro veritate, nec justa rescindendæ  
sententiae causa adeit.

§. 15. In omnibus itaque his casibus secus erit, si  
ob enormem læsionem vel aliam justam restitutionis  
causam facit, per quam sententia rescissa nec pro re  
judicata nec pro veritate habetur; adeoq; causâ ad-  
huc integrâ ac lite pendente & exceptiones opponi  
& instrumenta produci, & minor restituiri, & indebi-  
tum repeti potest.

§. 16. Ex his itaq; certum esse videtur, remedi-  
um dict. l. 2. etiam contra judicis sententiam opponi  
posse, atque adeo hanc veram esse differentiam in-  
ter remedium d. l. 3. C. Comm. utr. jud. & l. 2. C. de re-  
scind. vend.

## SECTIO II.

An remedium d. l. 3. tantum in enormi les-  
one, an vero & in alia obtineat?

### SUMMARIA.

- |                                   |                                      |
|-----------------------------------|--------------------------------------|
| <i>An remedium d. l. 3. obti-</i> | <i>2. Opinio Fabri &amp; Bach.</i>   |
| <i>neat quoque ex lesione</i>     | <i>3. Rationes negantium.</i>        |
| <i>non enormi? Disensus</i>       | <i>4. Verior sententia affirman-</i> |
| <i>Ictorum.</i>                   | <i>tium. Ponitur vera questi-</i>    |
|                                   | <i>onis</i>                          |
- B



- onis species; quae est de igno-  
rante, non sciente lesio-  
nem.
5. Distinguitur inter ipsum  
actum divisionis, & reli-  
quos actus hujus negotiorum,  
qui sunt instar emtionis,  
permutationis &c. In his  
requiri lesionem enormem.
6. In ipso actu divisionis non  
requiri.
7. Declaratur hoc exemplis.
8. Affirmativa probatio usq;  
ad §. 13. Fundamentum d.  
l. 2. est naturalis latitudo  
precii rerum: de quo non  
queritur in d.l. 3.
9. Remedium d.l. 3. esse instar  
erroris computationis seu  
calculi: & quendam ejus  
speciem.
10. Proponitur conspectus d.l. 3.  
planissime.
11. Regula quoque, licere invi-  
cem naturaliter circumve-  
nire, in eadem precii lati-  
tudine fundatur, cog, re-  
stringitur.
12. Firmatur sententia auto-  
ritatibus & prejudiciis.
13. Solvuntur dubia: remiss.  
& sensus l. 8. C. comm.  
utr. jud. l. 4. C. comm.  
div. l. fin. fam. erc. ex-  
ponitur & demonstratur.
14. Conclusio.
15. An divisio per sortem fa-  
cta excludat d. l. 3. Neg.  
probatur.
16. Sententie aliorum.
17. Resolvuntur dubia, usque  
ad fin.
18. Sors quæ haberi possit pro  
judicio Dei.
19. 20. Reliqua dubia.

## §. I.

**M**Ultò agitator est illa quæstio ac disceptatio;  
An utrumque remedium perinde de enor-  
mi lesione intelligendum sit, an vero no-  
strum hoc de qualibet. Prius fecuti sunt JCTi Lipsi-  
enses. Carpz. *Juri pr. for. p. 3. Conf. 15. def. 19. inf.* Po-  
sterius JCTi Wittembergenses. Berlich. *p. 1. dec. 146.*  
*n. 4. Dn. Brunn. ad d. l. 3. rem suo loco relinquit;*  
*et si*

## \* II. \*

etsi in priorem prouior sit : quam & veteres com-  
muniū secuti sunt. Bart. Bald. Salic. Caſtreſ. d. l. 3.

§. 2. Ant. Fab. dec. 8. err. 1. putat, d. l. 3. tantum  
pertinere ad casum nondum perfecte divisionis; qvo  
ſane vix qvicq;am absurdius videri poterit, cūm ex  
negotio nondum perfecto nullum jus, nulla obliga-  
tio oriatur, merique ſint tractatus, à qvibus qvælibet  
pars liberrimè recedere potest; adeoq; ineptiſimè  
qværeretur, an quod non eſt, ob laſionem reformari  
poſſit. Ut adeo mirum ſit, qvod Bachov. ad Treutl.  
Vol. 1. diſp. 19. t. h. 12. lit. C. Fabrum, cuius aliaſ oppugnandi  
refellendique ſtudio maximo agi ſolet, in re tam  
manifesto falsâ temere ſequi voluerit.

§. 3. In eas difficultates DD. ut videtur, conjeſcit.  
1. Qvòd viderent diſpositionem d. l. 3. non reſtrinki  
ad divisiones, ſed eſſe generalem, atq;e extendi ad  
omnia bonæ fidei judicia; verb: *In bone fidei judiciis,*  
*qvod ineq;ualiter factum eſſe conſtituerit, in melius reforma-*  
*bitur.* eoq;e fore, ut totum illud remedium diſp. l. 2.  
adeo in foro celebratum penitus evanescat: cūm ni-  
hil certius ſit, quam bonæ fidei judicia non reſcindi,  
niſi ex laſione enormi ſeu ultra duplum. per d. l. 2.  
qva;e in totum ceſaret. 2. Imo, qvod hoc jus bonæ  
fidei judiciorum, ut reformatur qvod ineq;ualiter  
factum eſt, ponatur tanq;am ratio diſpositionis, atq;  
ex ea generali ratione inferatur ad divisiones; adeo-  
q;e in his non alia cauſa id obtinere, quam qvia &  
in ceteris ita jus eſt. 3. Qvòd nulla appareat ſuffi-  
cientis ratio, cur divisiones exemptae ſint diſpositioni  
d. l. 2. & in iis tam ſingulare jus conſtitutum. Acce-  
dit 4. Qvòd iſta ſententia probari videatur ex l. 8. C.  
Comm. utr. jud. l. 4. C. Comm. divid. l. fin. ff. fam. ercſe.

B 2

§. 4. His



\* 12. \*

§. 4. His verò non obstantibus, verius existimamus, læsionem ultra duplum in d.l.3. non reqviri, sed qvamlibet sufficere. Qvod ut evidentiūs appareat, cumprimis monendum est, d.l.3. locum non habere, cum actōr scivit inæqvalitatem; sed cùm rei ignarus contraxit. Satis enim constat, non succurri ei, qvi sciens ita contraxit, & non magis remedium d.l.2. qvād d.l.3. ei competere: nam ne læsus qvidem videtur, qvi scivit. l. 145. l. 203. ff. de Regul. Jur. c. 86. cod. in 6to. nec scienti ac volenti fit injuria. c. 28. cod. in 6to. l. 1. §. 5. ff. de injur. Castrēns. in d.l.3. num. 12. Zœf. ff. de rescind. vend. n. 8. Christin. Vol. 3. Dec. 67. num. 8. Trentacinq. lib. 3. tit. de emt. vendit. resol. 3. num. 9. Verùm hæc scientia non præsumitur. Trentacinq. d.l.

§. 5. Distinguendum deinde est, inter ipsum divisionis negotium, & inter alios ejus actus vel partes, qvalis est v. gr. æstimatio rerum qvæ in divisionem veniunt. Hic enim actus æstimationis, cum sit instar emtionis & venditionis, l. 1. C. Comm. utr. jud. non potest rescindi nisi ob læsionem enormem, ex d.l.2. C. de rescind. vend. non verò ex d.l.3. Eādem ratione si per modum permutationis loco divisionis res pro re tribuatur, v. gr. alteri equus, alteri loco partis suæ yas argenteum, &c. & alter se læsum hoc actu dicat, non poterit actus ille infirmari, nisi ex d.l.2. si enormis sit læsio. Atq; ita de cæteris hujusmodi actibus qvi in his judiciis divisorii fiunt, qvi natu-ram suam non mutant, sed Jure communi reguntur.

§. 6. At si in ipso divisionis negotio læsio contigit, neqve pars conqueritur se læsum in pretio rei æstimatae, vel pro alia permutatae, vel simili negotio singu-

## \* 13. \*

singulari, qvod in judicia divisoria incidit; sed in i-  
psa divisione, omnino statuimus, qvicqvad inæquali-  
ter seu perperam factum est, reformandum atq; ad  
æqualitatem ex d.l. 3. reducendum esse.

§. 7. Sint ergo distribuendæ 100. oves & duo  
heredes P. & S. si qvisqve 50. oves acceperit, & P.  
qveratur, se eo læsum, qvòd viliores acceperit, non  
audietur, nisi ex d.l. 2. ultra duplum se læsum esse  
probet; idemqve erit, si alter omnes oves acce-  
perit, alter precium, & eo læsus sit; hic enim non po-  
terit uti remedio d.l. 3. sed d.l. 2. si sc. minus dimidio  
veri pretii acceperit. Aliud autem erit, si alter 52.  
ovium capita alter 48. acceperit, nec qvæstio sit de  
pretio capitum, sed de numero, & alter qveratur, cæ-  
teris paribus, numero se læsum esse, corrigenda erit  
inæqualitas, et si vel uno capite pars partem superet.  
Item, si in nominum divisione uni contigerit nomen  
inidoneum, cum cæterorum idonea essent, reforma-  
bitur ex d.l. 3. ista inæqualitas, et si trium saltem au-  
reorum nomen esset, vel si nomen alteri tributum,  
sine usuris vel minoribus usuris; alteri, cum usuris vel  
gravioribus usuris existat: aut alia in iis inæqualitas  
post divisionem deprehensa fuerit.

§. 8. Hæc verò sententia non tantum probatur  
I. claris disertisque ipsius textus verbis in d.l. 3. qui-  
bus non demum læsio ultra duplum, sed omnis inæ-  
qualitas simpliciter & indistinctè corrigenda dicitur,  
ac bis repetitur: ib. Perperam factis divisionibus subven-  
niri solet. Item: Qvod inæqualiter factum esse consiterit  
in melius reformabitur. Sed & II. ex eo, quod ratio  
constitutionis in l. 2. C. de rescind. vendit. non posuit ad  
divisiones applicari: quippe qvæ tota fundatur in  
B 3    pretii

\* 14. \*

pretii rerum incertitudine: non enim res, quibus uitimur, certum ac definitum à natura pretium habent; sed variant quam maximè rerum pretia, pro vario affectu, indigentia, copia, locis, temporibus &c. l. 63. § fin. ff. ad Leg. Falcid. Hinc, & si iustum pretium sit æquale rei, hæc tamen æqualitas ac proportio non consistit in certâ quantitate & quasi in puncto; sed maximam latitudinem habet, intra quam omne pretium uni rei æquale dicitur, & si utroque partis consensu definitur, reverâ æquale est. Hæc verò latitudo, cum à natura definita non sit, olim arbitrio judicis relicta, deinde in d.l.2. constituta fuit, quam omne pretium æqvale intelligitur, qvod non est minus dimidio veri pretii. Atqve adeò tota ratio & æqvitas d.l.2. sita est in illa latitudine pretii; ac in omnibus negotiis, in qvibus d.l.2. obtinet, enormis læsio non aliter æstimatur quam ratione pretii: adeò ut in permutatione quoq; res, enormis tamen læsio non intelligatur, nisi, utrâq; re ritè æstimata, altera ultra dimidium veri precii minus valeat alterâ: atqve ita in cæteris quoq; negotiis, ipsisq; adeò divisionibus, ut & in societate, qvatenuis in iis de rerum æstimatarum vel permutatarum precio qværitur, adeòq; qvatenus instar emtionis vel permutationis sunt, sola læsio enormis attenditur. supr. §. 5. & Secus igitur est in ipsis divisionibus, v.g. in casibus §. 7. ubi nulla precii ratio vel qvæstio, sed certa & absq; latitudine inæqualitas est; & ad quam proinde d.l.2. qvæ de precii æqualitate latâ ac variâ agit, & enormis læsionis ratio pertinere non potest.

§. 9. III. Aliâ quoq; ratione firmatur, in divisionibus ex d.l.3. non reqviri enormem læsionem, sed

## \* 15. \*

sed quilibet sufficere. Aut enim illa læsio contigit dolo ac fraude, & constat ubique quod dolo factum est reformandum esse; aut errore, qui tum non precii & aestimationis, ut in d. l. 2. sed computacionis error erit, incidetque in errorem calculi; propter quem non enormis tantum; sed omnis omnino inæqualitas corrigenda est, ut constat ex l. un. C. de err. calc. l. 1. §. 1 ff. Quæ sent. fin. app. & DD. ad d. l. un. Quid IV. Cum divisio sit vera species numerationis & calculi, ut multiplicatio &c. constat, errorem, qui in divisione contigit, quendam esse errorem calculi seu computationis in rerum divisione, (quod & notanter voce *inæqualiter* exprimitur, quæ propriè ad calculum refertur) quem emendari & ad accuratam æqualitatem reduci debere nullum dubium est. d. l. un. d. l. 1. §. 1. et si eo differant, quod remedium d. l. 3. non detur contra sententiam judicis, cui tamen opponi potest error calculi, nisi de ipso errore judicatum vel transactum sit. d. l. un. Si vero non errore læsio contigit; sed utroque sciente, non est læsio, nec huc pertinet. sup. §. 4.

§. 10. Hinc vero V. adeò jam sibi constat totus contextus d. l. 3. ut nihil planius ac evidentius. Duæ enim partes sunt: 1. Constitutio ipsa, quod majoribus quod subveniri soleat, non tantum, cum in divisionibus aliquid dolo vel fraude; sed & generaliter, quotiescumque perperam quid factum fuerit: ubi perperam idem est, ac id, quod paulo post *inæqualiter* factum dicitur. 2. Constitutionis ratio; quia in omnibus bona fidei judiciis, quod *inæqualiter* factum est, reformari debet. Qvod absque ullâ exceptione verissimum est; sed illa inæqualitas in cæteris bona fidei judiciis, ubi læsio ab aestimatione-



## \* 16. \*

matione est, latitudinem habet, & in iis inæqualiter factum non videtur, si non sit minus dimidio veri pretii. d. l. 2. In divisionibus autem inæqualitas non habet latitudinem, sed ubicunque pars aliqua modum ratæ portionis excessit, inæqualiter factum intelligitur. d. l. 3. Atq; adeò verum ita est, quod in omnibus bonæ fidei judiciis, quod inæqualiter factum est, in melius reformatum sit.

§. II. Firmaturque hoc VI. ex regulâ quoq; notissimâ; quod contrahentibus naturaliter invicem circumvenire liceat. l. 16. §. 4 ff. de minor. l. 22. §. fin. ff. loc. cond. illa enim in d. l. 4. expressè restrigitur ad pretia, & in d. §. fin. ita clare explicatur, ut concessum sit, quod pluris est, minoris emere; quod minoris est, pluris vendere, atq; ita invicem se circumscribere. Cujus rei ratio itidem est, quod premium naturâ non sit certum, sed latitudinem habeat, intra quam proinde saltem si constitutum sit, (scil. post d. l. 2. si non sit infra dimidium vel ultra duplum veri,) naturâ illud justum ac licitum erit: & hucusque partes licitando pluris vel minoris circumscribere se posse dicuntur: idemque in permutationibus quoq; obtinet, cum & in illis intuitu pretii cuiusq; rei læsio exigatur. supr. §. 8. Sequitur igitur, hoc licitum non esse in divisionibus, ubi de precio rerum non agitur; adeoq; nulla penitus circumscriprio concessa est. per d. l. 16. d. l. 22. (ubi ad premium illud disertè restrigitur, ut dictum.) sed omnis ibi inæqualitas illicita & ex d. l. 3. C. Comm. utr. jud. reparanda est.

§. 12. Atq; hæc sententia VII. frequentiore calculo hodiè recepta videtur; vid. Molin. ad Consved. Paris. rubr. 1. §. 154. & tract. de Commerc. qv. 14. num. 28<sup>o</sup>. Pinell.

\* 17 \*

Pinell. adl. 2. C. de ref. vend. p. 2 c. 1. n. 1. Et ita observari à Pragmaticis Galliae & in ejus Curiis, docent Ant. Fab. C. lib. 3. tit. 7. def. 3. Christin. Vol. 2. dec. 179. n. 9. 10. 11. Bugn. de Leg. abr. lib. 1. scđt. 42. Grönweg. C. Comm. utr. jud. (qui tamen sibi videri ait, moribus Belgii alteram sententiam magis convenire, in quo autem falli videtur. vid. Zyp. de not. jur. Belg. lib. 3. tit. fam. ercisc. &, quem ille allegat, Bugn. d. l. & ipse mox n. 6. contrarium statuit in casu erroris, de quo solo quæstio est.) Argent. ad Confuetud. Britan. art. 267. Perez. C. Comm. utr. jud. n. 5. Tulden. C. eod. n. 1. Fachin. lib. 8. c. 36. vers. sed alia. Prukm. Vol. 2. Conf. 20. n. 137. & seqq. Mev. ad Jus Lub. tit. 2. art. 29. num. 13. (qui hanc sententiam in judicando se prælaturum ait) Bus. ad l. 36. n. 7 ff. fam. ercisc. (cujus, quam affert distinctio, hanc doctrinam & quod §. 4. traditum est, confirmat.) Berlich. p. 1. dec. 146. n. 4. (ubi in fin. responsum JCtorum Wittebergensium in hanc sententiam affert) Dn. Struv. Synt. jur. Civil. exerc. 15. th. 16. (ubi copulâ quidem utitur; sed nisi disjunctive, ut alias intelligatur, contradicit & textui d. l. 3. & sibi; cum quæ invicem opponit, opposita non essent) & in evolut. add. th. 16. (ubi JCtos in scabinatu Jenensi ita judicasse refert) Eandem denique sententiam tuetur Accuratis- simus hujus seculi JCtus, Lauterbachius in exactissimo suo compendio ff. famil. ercisc. p. 151.

§. 13. Equidem celeberrimus Dn. Brunneman- nus, in hac Viadrinâ Ordinarius olim longè meritissimus, in d. l. 3. n. 15. C. Comm. utr. jud. severeri, ait, ne hec sententia in judiciis recepta multas pariat lites. Verum non videtur id adeò verendum, si, quæ sup. th. 5. 6. 7. exposita sunt ab invicem ritè discernantur; & præ- fterim, si conferas, quæ traduntur scđt. 3. th. 5. 6. & ult.

C

§. 14. Ne-



§ 14. Neque hisce adversantur, quæ DD. scrupulum injecisse sup. tb. 3. diximus. Ea enim jam exposita, scrupulusq; exemptus in primis est tb. 8. & 10. Supereft ergo ut textus in d. tb. 3. in fin. huic sententiae oppositi resolvantur. Nam l. in l. 8. C. Comm. divid. l. fin. ff. fam. ercisc. satis constanter traditur, divisiones semel consensu perfectas retractari non debe-re, nisi alter minor sit: quæ exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. Sed Resp. 1. Hoc si inferri inde potest, pari ratione inferendum esset, neque ob laesionem enormem, quin nec ex capite metus, dolis, &c. rescindi divisiones posse, quia nec illæ causæ, sed sola ætas excepta est. Igitur 2. necessariò dicendum est, Regulam non tollere justas exceptiones: adeòq; et si verissima Regula sit, quæ consensu finita sunt alterum altero invito retractare non posse; l. 5. C. de oblig. & aet. certissimum tamen est, semper excipi justas causas restitutio[n]is in integrum, aut similes: v.g. Metus, dolis, ætatis, enormis laesionis, atque ita inæqualitatis in divisionibus, quæ vel dolo accidit, vel errore quodam calculi. Ut hic in primis valeat regula; uno inclusò reliqua non excludi; &c. in re scriptis præsertim non valere argumentum à contrario. Idque 3. evidenter est ex l. 5. C. de rescind. vend. ubi eodem modo dicitur, venditionem à majore perfectam resolvi non posse, & excipitur sola causa dolis; cum tamē constet, multò plures esse causas, ex quib[us] majorū quoque negotia rescindi possint. tot. tit. ex quibus caus. maj. &c. Quin 4. apparet in singulis propè textibus, cur minorum tantum causa nominata & excepta fuerit: scil. quia precibus, quibus petebatur restitu[t]io, nulla ejus concedendæ causa iusta expressa fu-erat;

\* 19 \*

erat; unde denegata illa merito fuit potentibus, nisi forte in minore ætate constituti essent; idq; ex singulis appareat. Nam in d.l. 8. C. Comm. utr. jud. nulla causa allegata appareat. In d.l. 4 C. Comm. divid. adducta est causa, sed prorsus invalida, scil. probationes testibus non instrumentis factas fuisse. In d.l. f. ff. fam. erc. itidem, scil. arbitrum dividundi sententiā non dixisse; cùm tamen lis ejus autoritate & partium consensu finita, atque adeo sententiā opus non esset. Hoc casu vero non competere remedium d.l. 3. sed tantum d.l. 2. si enormis sit læsio, ostendimus sct. 1. thes. 2.

§. 14. Atque adeo hæc altera, eaque præcipua differentia est utriusque remedii, quod d.l. 2. in enormi tantum læsione obtineat, d.l. 3. autem etiam in reliquis læsionibus.

§. 15. His verò consequenter non distingvimus, per sortem sit facta divisio, an aliter; in eâ nimirūm specie, eoque sensu, quem hactenus exposuimus; scil. si quis fraude vel errore læsus sit: cùm enim fors hoc casu læsionem non sustulerit, neque inæqualitatem impediverit, adhuc corrigenda illa est ex d.l. 3. quæ generaliter loquitur ratioque ejus generalis est; nedum ex d.l. 2. essetq; omnino exceptio probanda. Et, cùm concedatur non obstante sorte restitutio ex capite ætatis, eadem vis ac potestas est omnium caufarum; quippe ex quibus restitutio æquè ac propter ætatem datur. add. Fachin. lib. 8. cap. 36. vers. illud controversum. Scotan. Disp. 37. thes. 11. Dn. Brunniem. in l. 2. n. 10. C. de rescind. vend. Dn. Böckelm. de fam. erciso. §. 9. Dn. Lauterbach. d. p. 192.

§. 16. Alii hoc casu admittunt quidem remedi-



um d.l. 2. non autem d.l. 3. Castrensi. in d. l. 3. n. 2. Ti-  
raqv. tom. 1. de jur. primog. qvæst. 17. Opin. 1. num. 96. 97. 98.  
Sand. lib. 4. tit. 11. def. 1. (ubi quidem ita judicatum re-  
fert; sed in casu illo arbiter intervenerat.) Alii neu-  
trum. Wissemb. p. 11. Diff. 22. th. 24. Alii restitucionem  
concedunt semper, ubi dolo contigit inæqualitas;  
non, si sine dolo, uti Struv. in Evolut. ad d. th. 16. qv. 2.  
Sed ut omnes illæ opiniones ratione carent & funda-  
mēto; ita postrema in primis textui d.l. 3. adversatur, ubi  
inæqualitas reformatur, non dolg tantum vindicatur.  
Et frustra dicitur, generalia ex specialibus restrin-  
genda esse: cùm non sit textus, qui in divisionibus  
ad dolum id restringat; & d.l. 2. alia ratione nitatur,  
ut latè ostensum est.

§. 17. Facillimè verò solvuntur dubia, qvæ vul-  
gò moventur & apud Scotanum referuntur: uti I.  
Qvòd restitutio cesset, si læsio seqvatur ex incerto e-  
ventu. l. 1. C. de paſt. l. 11. C. de transact. Nam resp. Agi-  
tur in dd. ll. de eventu, qui 1. peracto negotio sequi-  
tur, & qui ideò non attenditur, quia læsio inspicitur  
tempore contractus vel quasi: & 2. Qvi à casu est,  
quem nemo præstat; non' qui à facto contrahenti-  
um. Neutrū in hac specie occurrit: nam inæqua-  
litas illa partium, qvæ sorti commissæ sunt, jam tem-  
pore divisionis adfuit, & ex facto dividentium con-  
tigit, non à casu.

§. 18. II. Sortem Deiarbitrio cadere, Prov. 16. v. 33.  
adeoq; retractari non posse. Resp: Nihil sequitur,  
nihilque inanius est: Nam 1. Omnia fiunt arbitrio  
Dei, nec tamen eo excluduntur dispositiones homi-  
num: morbi quoque Dei arbitrio inferuntur, nec ta-  
men ideò curationes eorum tolluntur. Arbitrium Dei  
mul-

multiplex est, v. g. Jubentis, prohibentis, moderantis, permittentis &c. negamusque hoc fortis eventu contineri jussum Dei, excludentis reparationem juris. 2. Per sortem nihil deciditur, nisi illa quæstio, quæ sorti commissa est, uti per sententiam non alia quæstio, quam quæ in judicium deducta est, ut patet. Sed hoc casu quæstio non est, an unus dividentium debeat habere & retinere partem inæqualem, sed contrà id unicè actum, ut omnes habeant partes æquales pro ratâ. Non igitur ex mente dividentium pars ulla inæqualis in sortem venit, sed meræ partes æqvales. 3. Inæqualitas illa, unde hocjus remediumq; nascitur, non est ex sorte atq; adeò ex Dei arbitrio; sed ex facto hominum perperam dividentium. Poterat, qvam non langveat, sed tota fantiscat consequentia hæc, pluribus ostendi, nisi ex dictis jam appareret, nullam esse.

§. 19. III. Ei, qui errore suo læsus est, imputandum id esse. Resp. 1. Eodem obtentu tolleretur omnis exceptio erroris calculi, & remedium l. 2. C. de refind. vendit. & alia, qvibus erranti in jure succurritur: qvia iis omnibus error eadem ratione imputandus esset. Verùm 2. is magis imputatur ei, qui certat de lucro captando, qvam alteri, qui de damno vitando, magis ei, qui plus suo habet, qvam læso, qui minus suo. arg. l. 4. l. 7. l. 8. ff. de jur. & fact. ign. l. 18. ex qvibus causis maj. Neq; 3. hic qværitur de culpâ, sed de errore, qui consensum impedit, quo negotia hæc constant.

§. 20. IV. In sorte nihil fraude vel perperam factum videtur. Fachin. d. lib. 3. c. 36. Resp. Inæqualitas non est ex sorte, sed ex facto partes constituentiū.

C3

SECT.



## SECTIO III.

*De qualitatibus, effectibus & modis finiendo remedii d.l. 3. &c.*

## SUMMARIA.

- |   |  |
|---|--|
| 1. <i>Questio, an ex d.l. 3. quoque reus optionem habeat super plendi, frustranea est, &amp; dependet ab ea, an totum negotium, an sola iniquitas retrahatur.</i> | medii temporis.  |
| 2. <i>Probatur, totam divisionem ex d.l. 3. non rescindi.</i>   | 7. <i>De Usuris.</i>   |
| 3. <i>Hinc infertur, unicè suppleri defectum, atq[ue] adeò frusta de optione queri.</i>   | 8. <i>De invento thesauro, venis metallicis &amp;c.</i>  |
| 4. <i>Sententia dissentientium ut pugnet cum specie d.l. 3.</i>   | 9. <i>Quae actiones ex d.l. 3. competant.</i>  |
| 5. <i>Utilitas hujus remedii maxima.</i>  | 10. <i>An &amp; quomodo concurrat remedium d.l. 2.</i>   |
| 6. <i>De hypotheca &amp; fructibus</i>  | 11. <i>Quibus modis tollatur remedium d.l. 3.</i>  |
|   | 12. <i>An clausula, si altera portio alterà major sit, id donatum esto, tollat hoc remedium? Distingu.</i> |
|   | 13. <i>Formula renunciationis Böeriae. Alia tutior.</i>  |

## §. I.

**P**orrò DD. circa hanc l. 3. C. Comm. utr. jud. controvèrtunt, An rei conventi hic quoq[ue], ut in l. 2. C. de rescind. vendit. electio sit, velitne suppleret quod deest alteri parti, an verò negotium rescindere? Verùm ut appareat, quām id quæratur frustra ac inutiliter, alia quæstio, quām vulgo non tangunt, expe-

## \* 23. \*

expedienda est : scil. An ex d.l.3. totum negotium divisionis (ut ex d.l.2.) rescindatur, an vero salva divisione inæqualitas tantum corrigatur.

§. 2. Dicimus autem, divisionem totam ex d.l.3. non rescindi, sed tantum inæqualitatem reformari; salvo cætera toto divisionis negotio. Id enim primum contextus ipse docet, cum expresse dicatur, id saltem, *quod inæqualiter factum est, in melius reformari debere.* Ergo non tota divisio reformatur, sed ejus tantum inæqualitas. Idem demonstrat similitudo erroris calculi, vid. *Seç. 2. §. 9.* quo opposito constat non tolli totum negotium, sed calculi tantum defectum reliquis salvis: ejus autem instar esse hoc remedium, d. §. 9. ostensum est. Hæc itaq; rursus notabilis est differentia inter d.l.2. quâ totum negotiū rescinditur, & d.l.3. quâ sola negotii inæqualitas.

§. 3. Hinc igitur frustra quæritur, An reo ex d.l.3. quoque optio competit, num velit supplere quod deest alteri parti: quin immò hoc solum est in hac actione, neque ex d.l.3. aliter agi potest, quam ad inæqualitatem reformandam, adeoque ad supplendum quod ad justum alterius partis modum deest, non autem ad rescindendum totum negotium. Non potest igitur in hanc actionem nisi unum venire, supplementum scil. ejus, quod deest; & ea quoque est hujus remedium & d.l.2. notanda differentia.

§. 4. Etsi igitur DD. non modo controvertant, an ex d.l.3. locus sit huic optioni; sed & constanter id negent; Molin. Pinell. dd. II. Tuld. C. comm. utr. jud. n. 1. Fachin. d.lib. 8. c. 36. in fin. Perez. C. d. tit. n. 5. nihil tamen id movere debet: quia ex illa hypothesi id inferunt, quâ totā divisionē, perinde ut ex d.l.2. resci-

DFG  
ERS.  
ALLE



scindendam putant. Verum specie d. l. 3. rite constitutā, ut factum *Sect. 2. §. 10.* appetat, verbis eos contradicere, re idem statuere. Qværunt enim, an ex d. l. 3. alternativa sit obligatio, ut vel rescindatur vel supplementum præstetur: cùm verò ex d. l. 3. non rescindatur negotium, nisi qvat. inæqualiter factum est, hæc rescissio ejus quod inæqvale est, sive suppletio ejus quod alteri deest, unum idemq; est, non aliud ac aliud: nec in aliâ re consistit illa, qvæ in d. l. 3. reqviritur, reformatio in melius, qvàm in supplendo defectu partium, atqve ita inæqualitate earum reformatâ. Hoc ergò supplementum ex d. l. 3. non tantum licitum, sed & solum est, qvod peti potest.

§. 5. Unde patet, quanta sit utilitas d. l. 3. & qvàm hoc sit remedium longè saluberrimum, quo prospicitur, divisionibus rerum ac hereditatum, qvæ instituuntur ferè inter plurimos heredes vel socios, inumerasque pariunt lites, vix immenso labore, maximâque cum jacturâ temporis ac sumtuum componendas. Expedit igitur Reipubl. qvàm maximè, summæque æquitatis est, ut, licet inæqualitates errore factæ corrigendæ sint, non tamen totum divisionis negotium plurimorum commune, maximisque cum difficultatibus finitum, ideo rescindi necesse sit, sed salvo negotio sola inæqualitas reformetur in melius.

§. 6. His ita expositis, omnia ferè dubia quæ ad l. 2. C. de ref. vend. moveri solent, circa d. l. 3. sponte suâ sopiuntur: uti de pignore vel hypothecâ medio tempore in rebus divisis constitutâ; vel de fructibus interim inde perceptis. Cùm enim ipsum negotium divisionis non rescindatur, sed reliquis integris

\* 25. \*

gris sola inæqualitas restituatur, conseqvens est, nihil quoq; in hypothecâ constitutâ, vel fructibus perceptis mutari aut reformari. vid. Sand. lib. 3. tit. 4. def. 12. in fin.

§. 7. Cæterum de usuris partis supplendæ qværi posset, an solvendæ quoq; sint? Et satis constat, cùm divisio sit bona fidei negotium, §. 28. Inst. de act. post moram usuras deberi. l. 5. C. de act. emt. Ante moram igitur nullæ debebuntur, nisi perceptæ sint, hæ enim ex alieno perceptæ & instar fructuum sunt, qvi cum re restituuntur. l. 34. junct. l. 38. §. 5. ff. de usur.

§. 8. Ita frustrâ quoq; de inventis in parte divisâ thesauris, venis metallicis, &c. ad d. l. 3. quidem qvaritur: nam, cùm ea ne quidem in d. l. 2. attendantur, rescissio licet negotio, Christin. Vol. 3. Dec. 68. num. 7. nedum in hoc nostro remedio d. l. 3. qvo negotium omniaq; reliqua salva sunt, præter id, qvod inæqualiter factum est.

§. 9. Qvænam verò ex d. l. 3. nascuntur actiones? Communiter statuunt, dari conditionem ex d. l. 3. vel implorationem officii judicis. Castrens in d. l. 3. in fin. & magis exceptionem. Sand. l. 3. t. 4. def. 12. At non dubitamus, uti ex d. l. 2. rescissio contractus bonæ fidei ipsa actione ex illo contractu peti potest; ita multò magis & ex d. l. 3. reformationem illius inæqualitatis ipsa act. fam. ercisc. vel Comm. divjd. peti posse; cùm & illa sint negotia bonæ fidei, ex quibus agi potest ad rescindendum quoq; negotium, nedum ad reparandam saltem inæqualitatem per l. 6. ff. de rescind. vend. l. 2. C. de pact. int. emt. & vend.

§. 10. Sed & concurrit aliquando cum eo remedium l. 2. C. de rescind. vendit. scil. si inæqualitas du-

D

plum



\* 26. \*

plum excedat. Sed à parte rei conventi eodem recidet, qvō remedio conveniatur, cum semper in ejus potestate sit, inæqualitatem salvo negotio supplere: ex d. l. 3. potestate remedii ex d. l. 2. beneficio legis, qvæ optionem eam dedit.

§. II. Tollitur autem remedium nostrum: I. Prescriptione longissimi temporis. l. 3. l. 4. C. de prescript. 30. ann. l. 7. C. de pet. her. Cöppen. Decis. 58. in fin. II. Jurejur. adjecto, cum à jurante præstari id possit absqve præjudicio animæ. arg. c. 28. & ib. DD. X. de jurejur. Zoëf. ff. de rescind. vend. num. 12. &c. III. Scientiâ portiones esse inæquales. Sect. 2. §. 2.

§. 12. IV. Renunciatione, arg. l. fin. C. de pacz. et si non ex intervallo sit facta. Zoëf. d. l. num. 15. Ubi qværitur, an adiectâ clausulâ, *Si alterâ portio alterâ major sit, id donatum est*, renunciati remedio videatur? Qvæ qvæstio magis voluntatis est, quid senserint dividentes: poteſt enim eodem errore, quo putarunt partes æqvales esse, etiam clausulam eam adjeſſe. Communiter diſtingvunt, magna ac enor‐mis sit læſio seu inæqualitas, an modica: ut in pri‐ore caſu cefſet restitutio, in posteriore adhuc obtineat non obſtantे clausulâ. Fachin. lib. 2. C. 19. Gomez‐tom. 2. ref. c. 2. num. 26. Christin. Vol. 3. Decis. 68. (qui duo ita judicatum referunt) conſer. Bojer. Decis. 142. Qvæ diſtinctio ab æqvitate & ratione juris non eſt aliena, qyoties de dubiâ voluntate partium qvæſtio eſt, ut fiſil. immodici excesſus in dubio non præſumatur do‐natio; modica autem inæqualitas hâc clausulâ intel‐ligatur ideo remiſſa, ut aliquid eā actum videatur. Atqve ita illa clausula regulariter tollet remedium

d. l. 3.

\* 27 \*

d. l. 3. non verò toller remedium d. l. 2. quæ novissime utriusque remedii differentia notanda est.

§. 13. Ut igitur tutò & sine metu restitutionis negotia hæc peragantur, certam formulam præscripsit Boér. d. dec. 142, *in fin.* hoc ferè sensu vernaculo: Daz sie wohl bedächtlich und wohlwissenlich / dass die Sachen mehr wehrt/oder die Theile ungleich seyn/sich dennoch aller Wiedersprache begeben/ und das übrige für geschenkt gehalten haben wollen. Et tamen allegat alios, qvi id non admittunt, nisi geminata sit renuntiatio. Adeò absqve ratione in infinitum vagantur tales scriniorum compilatores. Nihil planius & tutius est, qvam, missis ambagibus illis, specialiter renunciare remedio d. l. 2. & d. l. 3. qvo casu satis cautum est.



E I N I E

D 2

COROL-



## COROLLARIORUM DECAS.

1. **F**alsissimum est, omnes homines necessariò oportere inire matrimonium, nisi impedianter vel morbo contagioso quodam vel virtu naturali &c. *Dif.* Nonnemo in *Disp.* de Arbitr. aet. Coroll. 1.
2. **F**urem, qui rupto laqueo vivus decidit, iterum suspendendum esse communior opinio est, ususque ferè probat. Is verò usus rationi juris ipsique adeò sententie in furem late repugnari videtur. *Dif.* Nonnemo in d. *Disp.* de Arbitr. aet. Coroll. 3.
3. **C**ontradicitorum est, consuetudinem tollere posse legem, & tam non vincere legem. *Dif.* Nonnemo in d. *Disp.* de Arbitr. aet. Coroll. 8.
4. **P**olygamia quoque, quā vir plures uxores ducit, optimè legibus Christianis pariter ut Romanis, interdicta est; at eam rationibus nature, vel juri divino adversari, habet. probatum nondum fuit.
5. **F**ilius presumitur legitimus, et si mater cum ex adultero natum profiteatur.
6. **S**i constat matrem cum adultero rem habuisse, filius non presumitur legitimus sed ex adultero natus, et si mater id neget.
7. **D**ote promissa & non soluta, non tenetur maritus uxorem atere.
8. **P**artus septimestris in dubio non potest contradicenti marito pro legitimo obtrudi.
9. **C**ontra acceptantem verò maritum, ejusve uxorem inquisitio insitruī non debet.
10. **C**oncubinatus jure Romano non fuit coabitatio legitima.

F I N I S.

HENRICI auspiciis MAGNI dum suscipit  
arma

Henricus Cultor, nonne beatus erit?  
Nomine HENRICI, quem totus prædicat orbis  
Patronum Legum, Justitiaeque decus;  
Illustris vivat PRÆSES, respondeat ipsi  
Respondens cultu, quo venerabor eum,  
Inter viventes mihi dum superesse licebit,  
Ut nato benè sit, fac PATER alme Poli.

*Voto hoc mente non verbis prolixo  
desiderium filii levare  
voluit*

JOANNES KRAUSE.

Ergöñe/wehrstter Freund/die Feder zugebrauchen  
Zu deines Nahmens Lob/so dir mit Recht gebührt/  
Und siehe/wie Du pflegst/das mit geneigten Augen  
Was von auffrechter Hand und reinem Herzen röhrt/  
Diss Liebes-volle Pfand/so ich hier überreiche/  
Womit ich meine Schuld und Liebe klahr bezeuge.

Ein wohlgemeinter Wunsch/den du mir wirst vergönnen/  
Ist nunmehr meine Pflicht/so ich dir liefern kan/  
Du wirst ihn nicht von Dir mit Recht verwerfen können/  
Weil man/was treu gemeint/gern pflegt zu nehmen

an/  
Und dieses ist es jetzt/was sich zeigt Deinen Augen/  
Ich hoff' es werde Dir ein reines Opfer taugen.

Man



Man kan Dich für den Sohn des klugen Vaters kennen/  
Du streuest deinen Ruhm jetzt durch das teutsche Land/  
Das wird Dir wiederum stets lassen Weyrauch brennen/  
Jetzt wird des Vatens Nahm noch mehr durch Dich  
bekand/  
Du erbst/ wie dessen Buch/ so dessen Ruhm und Nahmen/  
Diß frühe/jenes späth/ doch beydes einst zusammen.

Dieses schrieb in Eyl seinem wehrtgeschätzten  
Freunde dessen verbundener Diener  
J. G. COCCEJUS, LL. Stud.

**W**as schreib ich Ihm/mein Freund/hier vor ein Lob/  
Gedicht?  
Er schaut auf diesem Blatt nicht Ehren-Ampeln  
brennen/  
Sein eigner Fleiß hat ihm schon Seulen aufgericht/  
Und giebt durch dieses Werck verwundernd zu erkennen/  
Dass sein's Herr Vatens Ruhm auch Tugend Seel und  
Geist  
Sich als ein Ebenbild in seinen Augen weist.

Mein bloßer Wunsch sol hier das Freuden-Oppfer seyn/  
Womit ich ihm bisher verpflichtet bin gewesen/  
Der Himmel zeige ihm nur güldnen Sonnenschein/  
Und las ihn lauter Lust von Lohrbeer-Blättern lesen/  
Er streu' auff seine Brust und Stamm von seinem Haubt/  
Nur Seegen/Glück und Ruh auff ew'ge Zeiten aus.

Hiermit wolte seinem wehrtgeschätzten Freunde  
gehorsamst gratuliren

S. COCCEJUS.





**ULB Halle**  
002 725 991

3



TA → OL

V317





B.I.G.



JURIDICA,  
EDIO  
*am. utr. jud.*  
am  
o T. O. M.  
SIDE  
O COCCEJO,  
EBERRIMO,  
ISSIMI ELECTORIS BRAN-  
D, FACULTATIS JURIDICÆ  
ROF. PRIMARIO,  
t.  
MAGNIFICO,  
tea  
ELECTORALIS PALATINI,  
ASSESSORE, ET IN ALMA  
TAL PANDECT. & JURIS  
IN. MERITISSIMO,  
RE STUDIORUM SUORUM  
COLENDO,  
. An. MDC XCVII.  
IO JURIDICO  
n Examini fistit  
RICUS Krause /  
March.  
is CHRISTOPHORI ZEITLERI.

